Queritur si decepto excusetur in fide. p
ceptis obediat & aliis ad salutem perti
nentibus. Et dicendum quod non. nisi fuerit ig
norantia invincibilis cum prelatus erat di
scole. nec invenit qui doceret. Secus
in contractibus ubi excusantur ex
dolo adversarii. Et nota quod in delictis
nec multitudo nec consuetudo non excu
sat. quantum ad penam etiam. Sed de tem
porali quandoque excusat multitudo. Et sci
endum quod pene ad hoc sunt ordina
te ut mores hominum corrigantur.
Nec est extendenda pena amplius
quam fuit in delinquente compertum
nec debet quis dupliciter pena puniri si
una non sufficit. nisi propter excrescentem
maliciam. Item quando plures pene or
dinate sunt. ad id est puniendus. Ab ea
incipiendum est que plus timetur.
Et nota quod pena contumacie potest
exigi tota. Sed pena in fraudem u
surarum non potest exigi. Queritur an
pena soluta nichilominus maneat
contractus. Responsio. non nisi ita sit conventum.
quod qui contravenerit solvat penam
et nichilominus stet contractus. Queritur
de crucis que dantur iure si accipi pos
sit. Responsio sic per consuetudinem terre. et apostolorum
constitutiones. dummodo non corrupta in
tentione. sed tanquam esset dare pro deo. Cetera
de penis suis tractatibus dicta sunt et
dicentur **De sententiis precepti.**

Sententia precepti est quando superior
ad minorem amatore. Sed nota
quod multipliciter dicitur cuius maior. Auctoritate
ut prelatus. antiquitate ordinis vel
iunioritatis. dispensatione. Sententiis
autem prelatorum vestrorum solum constrin
guntur novitate. aliorum vero honesta
te. Quibus est aliter tenentur reverentiam
et honorem. Queritur utrum non parere
prelatis sit maior. et dicendum quod sic. nisi expresse
sit contra deum quod mandat. vel nisi intoll
erabilis error in sua. ut non ire ad ecclesiam
vel facere quod non potest iniungere. In
dubio semper est obediendum. scilicet si sine hoc potest
esse salus. et ad hoc extenditur se iurisdi
ctio imperantis. Queritur an clericus cui
episcopus precipit ire ad curiam vel similem pro ecclesie
propria possit se excusare quod alii ad hoc
sunt magis ydonei. et dicendum quod non. Queritur
quando duo diversa precipiunt cui parendum
sit. Responsio. Si unus habet iurisdictionem ab
alio maior parendum est. Si sunt de
legati ab eodem vel diversis debet exigere
iurisdictionem utriusque cui mandatur
quam et ipsi sibi edere tenentur. et
secundum consilium peritorum ei parere qui habet
potiorem iurisdictionem. **Quibus plus
et quibus minus sit parendum.**

Et nota quod episcopo magis est parendum quam
archiepiscopo. et abbati magis a monacho quam
episcopo. nisi in casibus de quibus alibi dicetur.
In summa nota quod regulares longe
magis sunt astricti obedire prelatis quam
seculares. Queritur an abbas possit in
hibere monacho suo ne confiteatur episcopo.
Responsio. non nisi hoc sit in constitutionibus mona
chorum que confirmate sunt a papa. Sed
nichilominus tenetur confiteri abbati vel a
lii de eius licentia. Nec potest eximere
episcopus monachum ab obedientia abbatis
nisi scandalum surgeret si abbas fa
ceret. quia forte vellet eum occidere.
Et nota quod fratres predicatores tenentur obe
dire dyocesano in hiis que non sunt contra
privilegia. et constitutiones suas. Sed
non possunt iniungere ut veniant
per eos ad synodum. vel regere vel simile.
Item omnes religiosi debent ordinari a
propriis episcopis in quorum dyocesi morantur
nisi sint privilegiati de hoc. **De sententia**

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0610
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG